

166

Lib. I. Cap. X.
CAP. X.

De

ACTIONE, PASSIONE
ET RELIQUIS PRÆ-
DICAMENTIS.

I.

Ammenius ad *lib. categ. c. 9.* prædica-
menta in duo genera dividit, alia
enim dicit esse simplicia, quædam verò
esse ex simplicium combinatione. Sim-
plicia numerat quatuor, *substantiam,*
quantitatem, qualitatem & relationem.
Ex simplicium autem combinatione
orta esse dicit sex reliqua, *actionem, pas-
sionem, quando, ubi, situm, habitum:* e.
g. ex combinatione *substantie & quanti-
tatis* ait fieri duo prædicamenta, nempe
prædic. **QUANDO** & prædicam. **UBI.**
Nam substantia cum tempore (quod est
quantitas) spectata, facit juxta Ammon.
prædicamentum Quando, cum **QUAN-
DO** nihil aliud sit, quàm substantiam
esse in tempore: simpliciter ex combinatio-
ne *substantie cum loco* (qui est quantitas)
oritur juxta Ammonium aliud prædica-
men-